



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 107. Dissensio inter Præsidem & Cardinalem Pachecum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

que ad hæc munia sunt proclives. De ce- Sæcul. XVI.  
tero probatur mibi, prout propositi De- A C. 1546  
creti tenor habebat, ut in Cœnobitis, ubi  
commodè posset, sacrarum literarum  
prælectio instituatur; Regulares vero,  
uti pariter Decretum sanciebat, si quid  
bæreticum concionibus immiscuerint, ab  
Episcopis puniantur, quantumvis nescio,  
quod privilegium a Franciscanis, ut au-  
dieram, dictatum obstareret.

## §. CVII.

Dissensio inter Præsidem & Cardi-  
nalem Pacecum.

Ad hanc Paceci orationem Præses hæc *Pallav. n. II.*

reposuit: Hæreo, & quid in tanta  
opinionum varietate statuendum, nescio,  
nisi de integro suffragia paucis expressa  
proferantur; Decreta vero pro eo, ac  
plerique sentirent, conformata universo  
cœtui exponantur, ipsius Synodi judicio  
corrigenda & reconcinnanda. At con-  
tra Pacecus admonuit, ea ratione duo  
commoda præpediri: alterum, ne unicum  
opinionibus rationes pariter cognoscen-  
tur, quod perinde esset, ac animata cor-  
pora intueri, non emuncta cadavera: al-  
terum, quod pendebat ab altero, si Patres  
suam quisque per se sententiam plane de-  
clararent, interdum fieri posset, ut alio-  
rum audita sententia discederent a sua,

Nn 2                    quod

Sæcul. XVI. quod neutiquam evenisset, ubi nuda fin.  
A.C. 1546. gulorum placita colligerentur, ac refer-  
rentur.

Verum Montanus Cardinalis, cum  
 rem adeo præcipitari nollet, nequaquam  
 Paceci sententiæ suffragabatur, hic qui-  
 dem Montano exponebat, quod sint qui-  
 dam ex Patribus, ac inter eos Caven-  
 sis, Bituntinus, aliique, qui nondum  
 sua suffragia tulissent, suamque mentem  
 prius exponere cuperent, ut proin illis  
 ejusmodi libertas denegari haud possit,  
 nihilominus Præses nil aliud respondit,  
 nisi ad ea esse transeundum, quæ in pro-  
 xima Congregatione agitanda forent<sup>(\*)</sup>.

### §. CVIII.

*Aliæ rationes a Fesulanus Episcopo  
 propositæ.*

Posthæc Fesulanus Episcopus quædam,  
 quæ proponeret, sibi esse significa-  
 vit, cœpitque prolixam dicere oratio-  
 nem, verum Pacecus, quod ipse fulci-  
 tati tumultus auctor haberetur, animad-  
 ver-

(\*) Cum Continuator totus in eo esset, ut Le-  
 gatos Pontificios insimulet, perinde ac si Patribus  
 suas sententiæ proferendi libertatem ademissa-  
 rentur, hinc de hac Præsidis pertinacia mentionem in-  
 spergere præsumpsit: cum tamen Pallavicinus ab